Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ZACHA

fuy brachiū eius. ⁊ fuy oculū dex
trum eius. Brachiū eius aridita
te siccabit. ⁊ oculus dexter eius te
nebrescens obscurabit. Cap. xy.
Ecce dies dñi uenit fuy
spolia tua in medio tui. Et congre
gabo omnes gentes ad bellandum
aduersus hierusalem. ⁊ capietur ciui
tas. ⁊ diripientur domus. ⁊ mulieres
concubabunt. ⁊ egredietur medietas
ciuitatis in captiuitatem. ⁊ reliquus
populus non auferetur ex ea. Et egre
detur dominus. ⁊ pugnabit contra gen
tes illas sicut pugnauit in die belli.
in die illa stabunt pedes eius super
montem olivarum qui est contra fa
ciem hierusalem ad orientem. ⁊ scin
detur mons olivarum in medio suo
ad orientem ⁊ occidentem. prelio ma
gno nimis. ⁊ separabitur mons ad
aquilonem. ⁊ ad meridiem. Et fugie
tis fugietis ad conuallem montium
eorum. Attingent enim montes
conuallium usque ad proximum. ⁊
fugietis sicut fugistis a facie terre
motus in diebus ozie regis iuda. ⁊
veniet dominus deus meus. ⁊ omnes
sancti cum eo. Et erit in die illa non
erit lux. sed frigus. ⁊ gelu. ⁊ erit
dies una. que nota est domino. non
dies. ⁊ non nox. ⁊ in tempore ves
pertino erit lux. Et erit in die illa
egredientur aque uiue de hierusalem.
medietas earum ad mare orientale.
⁊ medietas earum ad mare nouissi
mum. In estate ⁊ hyeme erunt. Et
erit dominus rex super omnem ter
ram. In die illa erit dominus unus.
⁊ erit nomen eius unum. Et circui
bit omnis terra quasi campestris
a gabaa rimmon ad austrum hieru
salem. ⁊ exaltabitur. ⁊ habitabit in
loco suo. a porta beniamin usque ad
locum portae primae. usque ad portam
angulorum. ⁊ a turre hananeel usque
ad torcularia regis. Et habitabunt
in ea. ⁊ anathema non erit amplius.
sed sedebit hierusalem confidenter.
Et hec erit plaga qua percutiet dñs
omnes populos qui pugnauerunt
contra hierusalem. tabescet caro
eorum adhuc stantibus pedibus
suis. ⁊ oculi eorum consumentur
in foraminibus suis. ⁊ lingua eo
rum tabescet in ore eorum. In die
illa panor dominus tumultum
magnum in eis. ⁊ apprehendet
unusquisque manum proximi sui.
⁊ conseretur manus eius super
manum proximi sui. Iuda quoque
pugnabit contra hierusalem. ⁊ con
gregabitur fortitudo omnium gen
tium in circuitu. aurum. ⁊ argen
tum. ⁊ uestimenta nimia ualde.
Sic erit plaga equi. ⁊ muli. ⁊ ca
meli. ⁊ asini. ⁊ omnium iumento
rum que erunt in castris illis sicut
plaga ista. Et omnis qui remanse
rit de cunctis gentibus que uene
runt contra hierusalem. ascende
bunt anno de anno. ut adorent
regem dominum exercituum. ⁊
celebrent festiuitatem tabernacu
lorum. Et erit cognatio terre
que non ascenderit de familiis
terre ad hierusalem. ut adoret
regem dominum exercituum. non
erit super eos imber. Quod si fa
milia egypti non ascenderit. ⁊ non
uenerit. non erit super eos. sed
erit plaga qua percutiet dñs gen
tes que non ascenderint ut cele
brent festiuitatem tabernacu
lorum. Hoc erit peccatum egypti.
⁊ peccatum omnium gentium
que non ascenderint ut celebrent
festiuitatem tabernacu
lorum. In die illa erit quod super
ungulam equi scriptum est. sanctum
domino. ⁊ erunt lebetes in domo
domini sicut fiale coram altari.
Et erit omnis lebes in hierusalem
⁊ in iuda sanctificatus domino
exercituum. ⁊ uenient omnes qui
immolaturi sunt. ⁊ tollent de eis
⁊ coquent in eis. ⁊ non erit ultra
chananeus in domo domini exer
cituum in die illa.

Malachias. i. angelus eius. Malachias
interpretatur angelus eius. Onus
uerbi domini ad israel in manu
malachie. Dilexi uos dicit dñs. ⁊
dixistis in quo dilexisti nos. Nonne
frater esau iacob dicit dñs. ⁊ dilexi
iacob. esau autem odio habui. ⁊ posui
montes eius in solitudinem. ⁊ heredi
tatem eius in dracones deserti. Quia
locutus est edom. destructi sumus.
sed reuertentes edificabimus loca
destructa. Hec dicit dñs exercituum.
ipsi edificabunt. ⁊ ego destruam. ⁊
uocabuntur termini impietatis. ⁊
populus cui iratus est dñs usque in
eternum. Et oculi uestri uidebunt
⁊ uos dicetis. magnificetur dñs super
terminum israel. Filius honorificat
patrem. ⁊ seruus dominum suum.
Si ergo pater ego sum. ubi est honor
meus. Si dominus ego sum. ubi est
timor meus. dicit dñs exercituum
uobis sacerdotibus qui contemnitis
nomen meum. ⁊ dixistis. in quo
contemnimus nomen tuum. Offe
rentes super altare meum panem
pollutum. ⁊ dixistis. in quo polluimus
te. In eo quod dicitis mensa domini
contemptibilis est. ⁊ quod super
positum est ab eis. contemptibile
est cibus eius. Et cum offertis hostiam
caecam. nonne malum est. ⁊ cum
offertis claudam. ⁊ infirmam. nonne
malum est. offer eam principi tuo.
nunquid placebit ei. aut nunquid
suscipiet faciem tuam. dicit dñs
exercituum. Et nunc deprecamini
faciem dei. ut misereatur nostri.
Hec enim facta sunt per manus
uestras. nunquid suscipiet ex uobis
faciem uestram. dicit dñs exercituum.
Quis est in uobis qui claudat ostia.
⁊ incendat altare meum gratuito.
Non est mihi uoluntas in uobis. dicit
dñs exercituum. ⁊ munus non suscipiam
de manibus uestris. Ab ortu enim
solis usque ad occasum magnum est
nomen meum in gentibus. ⁊ in omni
loco sacrificatur. ⁊ offertur nomini
meo oblatio munda. quia magnum
est nomen meum in gentibus. dicit
dñs exercituum. Et uos polluistis
illud in eo quod dicitis. mensa domini
polluta est. ⁊ quod positum est ab
eis. contemptibilis est cibus eius.
⁊ dixistis. ecce de labore. ⁊ exsufflastis
eum. dicit dñs exercituum. ⁊ intulistis
de rapina claudum. ⁊ infirmum. ⁊
offertis hostiam. Numquid accipiam
hoc de manibus uestris. dicit dñs.
Maledictus dolosus. qui habet in
grege suo masculum. ⁊ uotum faciens
immolat corruptum domino. quia
rex magnus ego sum. dicit dñs exer
cituum. ⁊ nomen meum horribile
in gentibus. Et nunc ad uos o sacer
dotes hoc preceptum. Si non audie
ritis. ⁊ si non posueritis in corde
ut detis gloriam nomini meo. dicit
dñs exercituum. mittam in uos
paupertatem. ⁊ maledicam benedi
ctionibus uestris. ⁊ maledixi eis.
quia non posuistis in corde. Ecce
ego corripiam semen uestrum. ⁊
spargam super facies uestras stercus
solemnitatum uestrarum. ⁊ adhe
rebit uobis cum eo. Et scietis quia
emisi ad uos mandatum istud. ut
esset pactum meum cum leui. dicit
dñs exercituum. Pactum meum
fuit apud eum uitae. ⁊ pacis. ⁊ dedi
ei timorem. ⁊ timuit me. ⁊ a facie
nominis mei pauit. Lex ueritatis
fuit in ore eius. ⁊ iniquitas non
est inuenta in labiis eius. In pace
⁊ aequitate ambulauit mecum. ⁊
multos auertit ab iniquitate. Quia
labia sacerdotis custodient scien
tiam. ⁊ legem requirent de ore eius.
quia angelus dñi exercituum est.
Vos autem recessistis de uia. ⁊ scan
dalizastis plurimos in lege. corrupi
stis pactum leui. dicit dñs exercituum.
Et ego dedi uos contemptibiles. ⁊
humiles omni populo. iuxta quod
uos non custoditis uias meas. ⁊ ac
cipitis personam in lege. Numquid
non pater unus omnium nostrum.
numquid non deus unus creauit nos.
quare ergo despicit unusquisque
nostrum fratrem suum. ⁊ uiolamus
pactum patrum nostrorum. Prae
uaricatus est iuda. ⁊ abominatio
facta est in israel. ⁊ in hierusalem.
quia polluit iuda sanctificium dñi
quod dilexit. ⁊ habuit filiam dei
alieni. Disperdat dñs uirum qui
facit hoc. magistrum. ⁊ discipulum
de tabernaculis iacob. ⁊ offerentem
munera domino exercituum. Et hoc
rursum operuistis lacrimis. fletu.
⁊ gemitu. ita ut non ultra respi
ciam ad sacrificium. ⁊ non suscipiam
placabile de manibus uestris. Et
dixistis. quam ob rem. Quia dñs
contestatus est inter te. ⁊ uxorem
adolescentiae tuae. quam tu despexisti.
⁊ haec socia tua. ⁊ uxor foederis tui.
Nonne unus fecit. ⁊ reliquiae spiritus
eius sunt. Et quid unus quaerit nisi
semen dei. Custodite igitur spiritum
uestrum. ⁊ nemo despiciat uxorem
adolescentiae suae. Cum odio habuerit
repudium dicit dñs deus israel. ope
rietur autem iniquitate uestimentum
eius. dicit dñs exercituum. Custodite
igitur spiritum uestrum. ⁊ nolite
despicere. Laborare fecistis dñm in
sermonibus uestris. ⁊ dixistis. in quo
laborare fecimus eum. In eo quod
dicitis omnis qui facit malum bonus
est coram domino. ⁊ huiusmodi ipsi
placent. aut ubi est deus iudicii.
Ecce ego mitto angelum meum. ⁊
preparabit uiam ante faciem meam.
⁊ statim ueniet ad templum suum
dominator quem uos quaeritis. ⁊
angelus testamenti quem uos uultis.
ecce uenit dicit dñs exercituum. ⁊
quis poterit cogitare diem introitus
eius. aut quis stabit ad uidendum
eum. Ecce ego quasi ignis conflatorius.
⁊ quasi herba fullonum. ⁊ sedebit
conflans. ⁊ emundans argentum.
⁊ purgabit filios leui. ⁊ colabit eos
quasi aurum. ⁊ quasi argentum.
⁊ erunt domino offerentes sacrificium
in iustitia. ⁊ placebit domino sacrifi
cium iuda. ⁊ hierusalem sicut dies
saeculi. ⁊ sicut anni antiqui. Et
accedam ad uos in iudicio. ⁊ ero
testis uelox maleficis. ⁊ adulteris.
⁊ periuris. ⁊ calumniantibus mer
cedem mercenarii. uiduae. ⁊ pupillo.
⁊ opprimentibus aduenam. nec timue
runt me. dicit dñs exercituum. Ego
enim dñs. ⁊ non mutor. ⁊ uos filii
iacob. non estis consumpti. A diebus
enim patrum uestrorum recessistis
a lege mea. ⁊ non custodistis. Re
uertimini ad me. ⁊ reuertar ad uos.
dicit dñs exercituum. ⁊ dixistis. in
quo reuertemur. Si confundit homo
deum. quia uos confunditis me. ⁊
dixistis. in quo confundimus te. In
decimis. ⁊ primitiis. Decimis maledicti
estis. ⁊ me confunditis gens omnis.
Inferte omnem decimam in horreum.
⁊ sit cibus in domo mea. ⁊ probate
me super hoc dicit dñs exercituum.
si non aperuero uobis cataractas
caeli. ⁊ effudero uobis benedictionem
usque ad abundantiam. Et increpabo
deuorantem propter uos. ⁊ non
corrumpet fructus terrae uestrae.
⁊ non erit sterilis uinea uestra in
agro. dicit dñs exercituum. Et
beatificabunt uos omnes gentes.
quia eritis uos terra uoluptatis.
dicit dñs exercituum. Confortastis
super me sermones uestros. dicit dñs.
⁊ dixistis. quid locuti sumus contra
te. Dixistis. uanus qui seruit deo.
⁊ quod lucrum quod custodiuimus
praecepta eius. ⁊ quod ambulauimus
tristes coram dño exercituum. Et
nunc nos beatificamus alienigenas.
nam ⁊ aedificati sunt. ⁊ tentauerunt
deum. ⁊ salui facti sunt. Tunc locuti
sunt timentes dñm unusquisque ad
proximum suum. ⁊ intendit dñs. ⁊
audiuit. ⁊ scripta est coram eo
liber monumenti timentibus dñm.
⁊ cogitantibus nomen eius. Et erunt
mihi dicit dñs exercituum in die qua
ego facio. in peculium. ⁊ parcam eis
sicut parcit homo filio suo seruienti
sibi. Et conuertemini. ⁊ uidebitis
quid sit inter iustum. ⁊ impium. ⁊
inter seruientem deo. ⁊ non seruien
tem ei. Ecce enim dies dñi ueniet
accensa quasi caminus. ⁊ erunt omnes
alienigenae. ⁊ omnes facientes impie
tatem stipula. ⁊ inflammabit eos dies
ueniens dicit dñs exercituum. quae
non derelinquet eis radicem. ⁊ ger
men. Orietur uobis timentibus no
men meum sol iustitiae. ⁊ sanitas in
pennis eius. ⁊ egredientes ludetis
sicut uituli de armento. ⁊ calcabitis
impios. cum fuerint cinis sub plantis
pedum uestrorum in die qua ego facio
dicit dñs exercituum. Memento legis
moysi famuli mei. quam mandaui ei
in horeb ad omnem israel. praecepta
⁊ iudicia. Ecce ego mittam uobis
heliam thesbiten. antequam ueniat
dies dñi magnus. ⁊ horribilis. Et
conuertet cor patrum ad filios. ⁊ cor
filiorum ad patres eorum. ne forte
ueniam. ⁊ percutiam terram anathe
mate.

Onus uerbi domini in terra hadrach.
⁊ damasci requiescet eius. quoniam
domini est oculus hominis. ⁊ omnium
tribuum israel. ⁊ emath quoque
finitimae eius. ⁊ tyro. ⁊ sidon quia
sapientissima est nimis. ⁊ aedificauit
sibi tyrus munitionem. ⁊ congregauit
argentum quasi terram. ⁊ aurum
quasi lutum platearum. Ecce dñs
possidebit eam. ⁊ percutiet in mari
fortitudinem eius. ⁊ ipsa deuorabitur
igni. Uidebit ascalon. ⁊ timebit. ⁊
gaza dolore nimio cruciabitur. ⁊ acca
ron. quia confusa est spes eius. ⁊
peribit rex de gaza. ⁊ ascalon non
habitabitur. ⁊ sedebit alienigena in
azoto. ⁊ disperdam superbiam philis
thiim. ⁊ auferam sanguinem eius de
ore eius. ⁊ abominationes eius de
medio dentium eius. ⁊ derelinquetur
⁊ ipse deo nostro. ⁊ erit quasi dux in
iuda. ⁊ accaron quasi iebuseus. ⁊
circumdabo domum meam ex his qui
militant mihi. ⁊ qui transeunt. ⁊
non reuertentur amplius super eos.
quia nunc uidi in oculis meis. Exulta
filia sion. iubila filia hierusalem.
ecce rex tuus uenit tibi iustus. ⁊
saluator. ipse pauper. ascendens
super asinum. ⁊ super pullum filium
asinae. Et disperdam quadrigam
ephraim. ⁊ equum de hierusalem.
⁊ conteretur arcus belli. ⁊ loquetur
pacem gentibus. ⁊ potestas eius a
mari usque ad mare. ⁊ a flumine
usque ad terminos orbis terrae.
Tu quoque in sanguine testamenti
tui emisisti uinctos tuos de lacu in
quo non est aqua. Conuertimini
uinctus spei. hodie quoque nuntians
duplicia reddam tibi. Quia tetendi
mihi iudam quasi arcum. implebo
hierusalem quasi ballistam. ⁊ suscitabo
filios tuos sion super filios tuos
graecia. ⁊ ponam te quasi gladium
fortis. ⁊ dominus super eos uidebitur.
⁊ egredietur quasi fulgur sagitta
eius. ⁊ dominus deus in tuba canet.
⁊ ibit in turbine austri. dominus
exercituum protegit eos. ⁊ deuorabunt
⁊ subiicient lapidibus fundae. ⁊ bibent
⁊ inebriabuntur quasi a uino. ⁊ re
plebuntur ut fiala. ⁊ quasi cornua
altaris. ⁊ saluabit eos dominus deus
eorum in die illa quasi gregem populi
sui. quia lapides sanctuarii leuabun
tur super terram eius. Quid enim
bonum eius est. ⁊ quid pulchrum
nisi frumentum electorum. ⁊ uinum
germinans uirgines. Postulate a
domino pluuiam in tempore serotino.
dominus facit nubes imbremque
tribuet eis. singulis herbam in agro.
Idola enim locuta sunt inania. ⁊
diuini uana uidebunt somnia. ⁊ men
dacia loquentur. frustra consolabun
tur. propterea abierunt sicut grex.
⁊ afflicti sunt eo quod non esset pastor.
Contra pastores iratus est furor meus.
⁊ super hircos ego uisitabo. quia uisitauit
dominus exercituum gregem suum
domum iuda. ⁊ posuit eos quasi equum
gloriae suae in bello. Ex ipso angulus.
ex ipso paxillus. ex ipso arcus belli.
ex ipso egredietur exactor omnis simul.
Et erunt quasi fortes conculcantes
lutum platearum in bello. ⁊ pugnabunt
quia dominus cum eis. ⁊ confundentur
ascendentes in equis. Et confortabo
domum iuda. ⁊ domum ioseph saluabo.
⁊ reducam eos. eo quod misertus sim
eorum. ⁊ erunt sicut fuerunt quos
non abieceram. quia ego dominus deus
eorum. ⁊ exaudiam eos. Erit quasi
fortis ephraim. ⁊ exultabit cor eorum
quasi a uino. filii eorum uidebunt
⁊ laetabuntur. exultabit cor eorum
in domino. Sibilabo ergo eis. ⁊ con
gregabo eos. quia redemi eos. ⁊ multi
plicabuntur sicut ante fuerunt. Et
seminabo eos in populis. ⁊ in longin
quis mei memores erunt. ⁊ uiuent
cum filiis suis. ⁊ reuertentur. Et
reducam eos de terra egypti. ⁊ de
assyria congregabo eos. ⁊ in terram
galaad. ⁊ libani adducam eos. ⁊ non
inuenietur eis locus. Et transibit
per mare tribulationis. ⁊ percutiet
in mari fluctus. ⁊ siccabuntur omnes
profundi fluminis. ⁊ humiliabitur
superbia assyrii. ⁊ sceptrum egypti
recedet. ⁊ confortabo eos in domino.
⁊ in nomine eius ambulabunt. dicit
dominus.

Aperi libanon portas tuas. ⁊ deuorabit
ignis cedros tuas. Ulula abies quia
cecidit cedrus. quia magnifici uastati
sunt. Ululate quercus basan. quia
succisa est uindemia fortium. Uox
ululantium pastorum. quia uastata
est magnificentia eorum. Uox rugien
tium catulorum leonum. quia uastata
est superbia iordanis. Haec dicit
dominus deus meus. pasce pecora
occisionis. quae qui possidebant
occidebant. ⁊ non dolebant. ⁊ uen
dentes dicebant. benedictus dominus.
quia locupletatus sum. ⁊ pastores
eorum non parcebant eis. Ego enim
non parcam ultra habitatoribus terrae
dicit dominus. ecce ego tradam homi
nem unumquemque in manu proximi
sui. ⁊ in manu regis sui. ⁊ conterent
terram. ⁊ non liberabo de manibus
eorum. Pascam ergo pecora occisionis
propter uos pauperes gregis. Et tuli
mihi duas uirgas. unam uocans
decorem. ⁊ alteram funem. ⁊ pauci
pastores. Et pauci in mense uno.
⁊ anima mea fastidiuit eos. ⁊ anima
eorum uariauit in me. Et dixi non
pascam uos. quae moritura est
moriatur. ⁊ quae perditum ibit
pereat. ⁊ reliquae deuorent unus
quisque carnem proximi sui. Et
tuli uirgam meam decorem. ⁊ abscidi
eam. ut irritum facerem pactum
meum quod pepigi cum omnibus
populis. Et irritum factum est in
die illa. ⁊ intellexerunt pauperes
gregis qui custodiebant me. quia
uerbum domini est. Et dixi ad eos.
si bonum est in oculis uestris. adferte
mercedem meam. ⁊ si non. quiescite.
Et appenderunt mercedem meam
triginta argenteos. Et dixit dominus
ad me. proice illud ad statuarium.
pretium honestum quo appretiatus
sum ab eis. Et tuli triginta argenteos.
⁊ proieci eos in domum domini ad
statuarium. Et abscidi uirgam
alteram funem. ut dirumperem fra
ternitatem inter iudam. ⁊ israel.
Et dixit dominus ad me. adhuc sume
tibi uasa pastoris insipientis. Quia
ecce ego suscitabo pastorem in terra.
qui derelicta non uisitabit. ⁊ dissipata
non requiret. ⁊ confractum non sanabit.
⁊ stantem non nutriet. ⁊ carnem pin
guium deuorabit. ⁊ ungulas eorum
dirumpet. Pastor meus ⁊ idolum
derelinquens gregem. gladius super
brachium eius. ⁊ super oculum dex
teram eius. Brachium eius arescens
arescet. ⁊ oculus dexter eius tenebrescens
obscurabitur. Cap. xy.
Onus uerbi domini super israel. dicit
dominus extendens caelum. ⁊ fundans
terram. ⁊ fingens spiritum hominis
in eo. Ecce ponam hierusalem superli
minare commotionis omnibus populis
in circuitu. Sed ⁊ iuda erit in obsidi
one contra hierusalem. ⁊ erit in die illa.
ponam hierusalem lapidem onerosum
cunctis populis. Omnes qui lentabunt eum
detrione lacerabuntur. ⁊ congregen
tur aduersum eam omnia regna terre.
In die illa dicit dominus. percutiam
omnem equum in stupore. ⁊ ascensorem
eius in amentia. ⁊ super domum iuda
aperiam oculos meos. ⁊ omnem equum
populorum percutiam caecitate. Et dicent
duces iuda in corde suo. Confortentur
mihi habitatores hierusalem. in domino
deo eorum. In die illa ponam duces iuda
sicut caminum ignis in ligno. ⁊ sicut facem ignis in feno.
⁊ deuorabunt ad dextram ⁊ ad sinistram omnes populos in circuitu.
⁊ habitabit hierusalem rursum in loco suo.
⁊ saluabit dominus tabernacula iuda sicut principium. ut non
glorietur magnificentia domus dauid.
⁊ gloria habitantium hierusalem contra iudam.
In die illa, protegit dominus habitatores hierusalem. ⁊ erit qui offenderit ex eis
in die illa quasi dauid. ⁊ domus dauid quasi dii. sicut angelus domini in conspectu eorum. Et erit in die illa quaerere
omnes gentes quae uenerint contra hierusalem. ⁊ effundam super domum dauid. ⁊ super habitatores hierusalem spiritum gratiae ⁊ precum. Et aspicient ad me
quem confixerunt. ⁊ plangent eum planctu quasi super unigenitum. ⁊ dolebunt super eum ut dolet
quis in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in hierusalem sicut planctus hadadremmon in campo mageddon. Et plangent familiae terrae familiae familiae seorsum.
familiae domus dauid seorsum. ⁊ mulieres eorum seorsum. familiae domus nathan seorsum. ⁊ mulieres eorum seorsum. familiae domus leui seorsum. ⁊ mulieres eorum seorsum. familiae semei seorsum. ⁊ mulieres eorum seorsum. Omnes familiae reliquae familiae familiae seorsum. ⁊ mulieres eorum seorsum.
In die illa erit fons patens domui dauid. ⁊ habitantibus hierusalem. in ablutionem peccatoris ⁊ menstruatae. Et erit in die illa. dicit dominus exercituum. disperdam nomina idolorum de terra. ⁊ non memorabuntur ultra. ⁊ prophetas ⁊ spiritum immundum auferam de terra. Et erit cum prophetabit quispiam ultra. dicent ei pater eius ⁊ mater eius qui genuerunt eum. Non uiues. quia mendacium locutus es in nomine domini. ⁊ confodient eum pater eius ⁊ mater eius genitores eius. cum prophetabit. Et erit. In die illa confundentur prophetae unusquisque ex uisione sua. cum prophetabit. nec operientur pallio saccino. ut mentiantur. Et dicet. non sum propheta. homo agricola ego sum. quia homo exemplum meum ab adolescentia